



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Omnia Latina Scripta Matthiæ Flacij Illyrici

Flacius, Matthias

Magdeburgæ

VD16 F 1296

Epistola Eivsdem ad Philippum Melanthonem, missa actaua Iunij, anno
1549.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36647

noſim) in hac cauſa mali factum fuerit,
poſtea uermem illum peſſimæ conſci-
entix cor rodentem circumferre, ip-
ſamq; Dei iram ſuſtinere cogar.

Epilogus eiusdem ſcripti.

Hiſce rationibus noſtra ſententia
firmiter & plauſibiliter defendi, & ad-
uerſariorum confutari poteſt apud om-
nes uel mediocriter æquos iudices. Hy-
pocrytarum uero, Epicureorum & Ty-
rannorum iudicia (quia **DEVM** &
ſcripturam rident) non magnopere cu-
rare in ueritatis deſenſione & confeſſi-
one debemus. Dominus Ieſus nobis
adſit, noſq; ſuo Sancto Spiritu confir-
met, ut iſtam cauſam eo animo tue-
amur, quem res poſtulat. Plus enim
profecto noſtra lenitas, quam aduerſa-
riorum argumenta huic cauſæ obefſe
poſſunt.

EPISTOLA EIVSDEM

ad Philippum Melanthoſ

nem, miſſa octaua lu-

nij, anno 1549.

DOMI-

Dominus Ihesus adsit tibi, mihi & omnibus pijs, ut ea agamus, quæ ad ipsius gloriam, & miserarum conscientiarum exædificationem faciunt, ac de quibus etiam coram tribunali Christi rationem reddere possimus Amen.

Etsi iam quædam eximia sapientia quibusdã uidetur esse, etiam in Ecclesia & Religionis negocijs ita loqui scribere, & agere, ut nõ facile alij pij animaduertere possint, quid illi sentiant, aut quid non sentiant, quid agant, aut non agant, probent aut improbent. Tamen ego in hac parte nihil habeo etiam in intimis meis cogitationibus, quod quæquã uel alienissimũ a meis sententijs admodum cælare cupiam. Semper enim mihi persuasi, ueritati & bonæ causæ lucem obesse non posse. Te uero D. Præceptor etiam eo minus cælare uel debeo, uel possum, quid sentiam, quod uix quisquam iam uiuat, cui ego sapius hoc anno & dimidio meam sententiam de istis præsentibus miserijs & actionibus exposuerim, quam tibi, aut cuius ego uicissim dictis & narrationibus in eadem

eadem sententia magis, quam tuis sim confirmatus.

Sentio igitur, & semper sensi Adia-
phorum mutationes & acceptiones,
cum generare multiplicia scandala in
Ecclesia, ut habere quandam speciem
abnegationis, languescere, ac induce-
re in dubitationem pios, confirmare
impios (ut tuum scriptum de Adia-
phoris fatetur) contristare Spiritum
Sanctum in pijs, eorum orationem im-
pedire (ut oratio in promotione Isin-
deri recitata innuit) frangere animum
constantium doctorum, scindere Ec-
clesiam, & bonorum consensum (ut est
in præfatione istius nouæ ordinationis)
tuum uero esse secundum tuum somni-
um, quod nocte tuam Guterbacensem
professionem præcedente somniasti,
tantum fenestras quasdam, hoc est, se-
cundum tuam interpretationem, qua-
dã *zum schein*, in speciem excogitata,
per quæ tamen ipse papatus in Ecclesia
Christi reducat.

Hisce tantis malis semper ego (ut
tutemet scis) omnes pios serio repugna-
re debere sensi & hodierna die sentio, &
pro mea

pro mea
re Chr
am si &
pressus
uio ri
dolor,
pateris
strarun
quin,
te quo
DEum
Cl
per mu
ram R
uero c
aut op
ingrat
præcep
Mea ta
DEO
lumin
ex iustu
quibus
tati pi
anima
sti irru
pijs ost
cauere

is sim
Adia-
iones,
ala in
eciem
duce.
rmare
Adia-
ritum
n im-
e Ifin-
mum
re Ec-
ut est
ionis)
omni-
ensem
iafti,
est, se-
qua-
gitara,
cclesia
go (ut
ugna-
tio, &
o mea

¶ mea tenuitate repugnaui & repugna-
re Christo iuuante deinceps cogito, eti-
amsi & haecenus propterea graui cruce
pressus sim, & in posterum fortassis gra-
uiori premar. Quoniam autem, prohi-
dolor, tu secundum tuum somnium
pateris te ab impijs adhiberi isti fene-
strarum fabricationi, non poterit fieri,
quin, dū huic tuo iam operi repugno,
te quoq; non uulgariter (quod testor
DEum me inuitum facere) offendam.

Clamabunt quidem aliqui (ut sem-
per mundus facta contra Deum aut ue-
ram Religionem non magnificat, facta
uero contra hominum famam, uitam,
aut opes facit maximi) esse insignem
ingratitude[m] erga tam bene meritū
praeceptorem & meram petulantiam :
Mea tamen profecto consciētia coram
DEO ex sacris literis & Spiritus Sancti
lumine, aliter statuere nequit, quam me
ex iussu DEI debere istas fenestras, sub
quibus Antichristus latitat, & simplici-
tati piorum insidiatur, quo ipsis non
animaduertentibus in Ecclesiam Chri-
sti irrumpat, frangere, eumq; omnibus
pijs ostendere, quo, qui uolent, fraudem
cauere possint.

Nota

Non aliter plane me hoc officium
Christiano fratri debere iudico, quam,
si per densam siluam iter faciens, crude-
lissimos latrones ibi uiatoribus insidi-
antes conspexissem, quos tamen DEI
beneficio incolumis euasissem, ac pau-
lo post obuius aliquibus bonis uiris fa-
ctus essem, diuino mandato obligaret
præmonere eos, ut illas latentium la-
tronum insidias uitent, etiamsi frater
uel pater meus illis latronibus coniu-
ctus esset. Quin & tanto magis iam hoc
officium proximo debeo, quanto ma-
ius est hominem in æternum exitium
abijci, quam uitam hanc, alioqui breui
perituram, aut pecunias amittere, ut ta-
ceam, quod simul etiam gloria Christi
periclitetur.

Proinde ego cum, postquam tibi
laudem summi ingenij, excellentis eru-
ditionis, eximie cuiusdam bonitatis
naturæ tribuero, tua maxima erga lite-
ras, Ecclesiam & me ipsum, merita præ-
dicauero, sicut semper hæcenus feci.
Cum inquam mandato Dei & propria
conscientia coactus, tum ore, tum (si
malum creuerit) etiam publico scripto
om

omni
dadi
plici
uiola
& c. E
si ali
lipp
pont
cie ex
Phili
nimia
& hu
quad
anni
se, Id
sed et
anno
tatis p
ficio t
V
maior
sentia
lanter
ro con
tium
onem
consc

omnibus exposuero, praesentes pseu-
dadiaphororum instaurationes multi-
pliciter puritatem Religionis CHRISTI
uiolare, Ecclesiam CHRISTI destruere,
&c. Easq; non ita magnificiendas, qua-
si aliquo pio, maturo & constanti Phi-
lippi consilio institutas. Sed primum
pontificum & Achitophelorum uafri-
cie excogitatas. Deinde Dominum
Philippum eorum astutijs, sua quadam
nimia lenitate, imbecillitate, *ὀλιγοψυσία*,
& humana sapientia, itemq; uanissima
quadam spe mortis C. ex eclipsi lunæ
anni 48. concepta, ad eas pertractum es-
se. Idq; insuper non solum tuis scriptis,
sed etiam dictis ac narrationibus hoc
anno & dimidio coram me, & alijs reci-
tatis probaui, Christiani hominis of-
ficio functum me existimabo.

Vociferabuntur (ut dixi) aliqui, qui
maioris homines quam DEum, & præ-
sentia quam futura faciunt, me petu-
lanter bonis uiris maledicere. Ego ue-
ro contra dicam, me utilem pijs præsen-
tium fraudum expositionem & detecti-
onem facere, nec me eam posse bona
conscientia prætermittere. Omnes
I enim

enim Christiani, præsertim qui in alio
quo officio sūt, & in Ecclesia Christi
gradū habēt, cum animaduertunt lu-
pum in ueste ouis ad pusillum gregem
DOMINI uenientem, clamare debent,
Cauete uobis miseræ CHRISTI ouiculæ,
lupus illac aut isthac, hac uel illa pelle
tectus, uenit. Dominus autem Ihesus, si
non antea, at certe in suo extremo iudi-
cio dijudicabit, utrum illi, qui istas frau-
dulentas fenestras fabricauerunt, an ue-
ro ego miserimus infans, qui utcumq;
balbutiendo desertis CHRISTI ouiculis
insidias istas indicare uoluerim, rectius
egerim, & unicuiq; secundum opera sua
rependet.

Non credis quantopere contristet
& conturber, cum lego tuam Lypsicam
orationem, (tuas enim profecto cogi-
tationes esse animaduerto, etiam si *περὶ*
τηγίασ quasdam sermonis δ *ἀρχένοκτο*
adiunxerit) non profecto ideo, quia me
odiose exagitat. Nam mihi perfacile
esset ædita Apologia, commemoratisq;
uestris non fictis peccatis, & inde graui-
ssimis damnis Ecclesiæ consequutis, to-
taq; mea actione ostendere, me iustis-
simis

simis
quæ a
uos fa
uel tu
alias c
am ex
rem, S
meum
CHR
propt
bor, u
D
prim
stræ i
ganti
Eccle
doleo
agas
onib
tibus
scien
ment
quod
gitar
præf
sæpe
sti, N

simis causis moueri, quare ea agam,
quæ ago, nec quicquam temere contra
uos facere. Quam plausibiliter possem
uel tuam Epistolam ad Carlouicium, &
alias quasdam, uel Pomerani histori-
am exagitare, si uobis maledicere cupe-
rem, Sed testor Deum, hoc esse unicum
meum studium, ut puritas Religionis
CHRISTI incontaminata retineatur, &
propterea stylum meum ita modera-
bor, ut Ecclesiæ expedire existimauero.

Doleo igitur non meam uicem, sed
primum Ecclesiæ, quod istæ tuæ fene-
stræ in papatum degeneraturæ, tam ele-
gantibus coloribus pingantur, atq; ita
Ecclesia Christi decipiatur. Secundo
doleo & tuam uicem, quod nondum
agas pœnitentiam de istis pessimis acti-
onibus, quas sæpe & me & alijs audien-
tibus condemnasti, & ob quas te a con-
scientia reprehendi fassuses. Nihil hic
mentior. Cogita uel illud unicum,
quod mihi semel dixisti. Te sæpe co-
gitare, quod diuinitus ista scabie ob
præsentes actiones puniaris. Quam
sæpe uero mihi, Crucigero, & alijs dixi-
sti, Neminem bona conscientia delibe-

rationibus de istis mutationibus uel inter-
teresse posse. Quid autem quaeso de ea
re leges scribere:

Tua illa tam mala scripta Augu-
stam missa & attraxerunt Interim, & iam
ubiq; promouët, & multos fortes Chri-
stianos passim in Sueuia, & alibi expug-
narunt & adhuc expugnant, istaq; tuarum
disputationes de Adiaphoris uere ubiq;
pios, sicut & tuipse fateris, languefaci-
unt, & impios confirmant & armant.
Talia tamq; Ecclesiæ perniciofa pecca-
ta adeo operose excusare, idq; cum scan-
dalo pusillorum CHRisti, qui ista So-
phistica in errorem inducuntur, grande
impoenitentia scelus esse statuo.

Postremo etiam, quia semper, cum
tam artificiosa mendacia lego, ueheme-
ter commoueor, ut cum legi sessions
Tridentinas, praesertim Sextam Brun-
suigæ, cum legi Interim Augustanum,
item Lypsicum, & postremo hanc ora-
tionem. Quæ omnia scripta ego non
sine crebris gemitibus & fremitu perle-
gi. Iudico autem esse motus Spiritus
Sancti, contra Satanam, patrem horum
artificiorum, & ipsa artificia frementis.

Hisce

Hisce
sæpe c
mata,
qui fir
nō exp
H
sto en
a quoc
cum lo
mum,
contra
nemp
Dei, &
impel
cundo
stum
obtest
tionem
rum, &
arum,
Et per
tur, ut
tristan
onem
daliza
atq; a
ex teip

us uel in
æso de ea
a Augu
rim, & i
tes Chri
bi expug
tæq; tua
ere ubiq;
guefaci
armant,
a pecca
um scan
i ista So
r, grande
o.
er, cum
uehemē
fessiones
n Brun
stanum,
nc ora
ego non
u perle
Spiritus
horum
mentis.
Hisce

Hisce ego dolorum facibus incitatus,
sæpe cogor aliquid contra ista Sophis
mata, uel inuitus uociferari, quæ illis,
qui similes animi stimulos & cruciatus
nō experiuntur, non semper probātur.

Hæc dilectissime Præceptor (profe
cto enim sincerius a me dilectus es, quā
a quoquam eorum, qui blandissime te
cum loquuntur) tibi scribere uolui, pri
mum, quo ostenderem me nihil iniuste
contra te agere, sed iustissimis causis,
nempe mandato diuino, de dilectione
Dei, & proximi, propriaq; conscientia
impelli, ut hæc agam, quæ ago. Se
cundo, ut te adhuc orarem & per Chri
stum tuam, & miseræ Ecclesiæ salutem
obtestarer, ut desinas adiuuare fabrica
tionem istarum sceleratarum fenestra
rum, & istarum fraudulentarum insidi
arum, in quibus ipse Antichristus latet.
Et per quæ impij quidem ita confirmā
tur, ut etiam triumphent, pij uero con
tristantur, languescunt, ac in dubitati
onem inducuntur, & tam infiniti scan
dalizantur. Hoc omnes serio pij a te,
atq; adeo tua propria conscientia, quod
ex teipso sæpius intellexi, flagitant.

I 3 Co.

Cogita obsecro uel ista politica argu-
gumenta, quæ quiuis intelligere potest.

Hostis non est confirmandus, nec
nostri frangendi. At tuum scriptum de
Adiaphoris fatetur, per hasce actiones
impios confirmari, pios uero languescere.
Igitur &c.

Ob nullam uel incertam spem non
sunt res magnæ mouendæ. Vos nul-
lam, aut perexilem spem sequuturae trā-
quillitatis habetis. Nam C. uobis ni-
hil pollicetur, & ut esset pollicitus, quā-
parum sit ei credendum, Germania suo
magno malo didicit. Igitur, &c.

Hisce tute potius coniunge, qui, re-
pudiatis omnibus fenestris & simulati-
onibus, puritatem Religionis, per cō-
stantem & apertam, (quod tu facien-
dum esse semper antea docuisti) con-
fessionem retinere conantur, ab his tu
ne te istis perniciosis Ecclesiæ actioni-
bus, & piorum rituum in papisticos
metamorphosis separa. Nam hæc est
uere non necessaria, imo potius impia
separatio, & Ecclesiæ CHRisti tristis la-
ceratio.

Cogita quæso quam grauius mi-
netur

netur Dominus ei, qui uel unicum pu-
illum Christi scandalizauerit. Audi
quæso gemitus, querelas & ploratum
miserarum conscientiarum, miserabi-
liter per istas actiones languectarum,
& confauciatarum. Cerne etiam obse-
cro cadauera Christianorum, qui iam
ob istas uestras uacillationes uel papis-
mo, uel Epicureismo, sunt iugulati. De-
sine quæso tandem contra omnium
Ecclesiarum uota, & propriam consci-
entiam, per istum periculosum callem,
aulicos iuristas sequi, quod te etiam tu-
um somnium monet, ne alicubi in pro-
fundam lacunam diuinæ iræ incidas,
ex qua eluctari postea non queas. Hoc
si feceris, polliceor me non solum non
pugnaturum porro contra te, sed etiam
supplicem tibi futurum.

Sin (q̄ Deus auertat) nō uoles inter-
mittere agere ista, quæ quā pessima sint,
uides & sæpe fateris, ne ego qdē, aut alij
pij desinem9 istis malis resistere. Misera-
bile hoc quidē erit, esse in Ecclesia schis-
ma, & ego sæpe Vitebergæ adhuc sid
malū deplorans dixi, Me nūquā putasse
futura adhuc ea tēpora, q̄bus nostri qdē

præceptores, qui tā diu Antichristū op-
pugnauerūt, cū Episcopis hostibꝫ Eccle-
siae clā sua cōsilia conferrent, Nos uero
miseros puerulos, eorū discipulos, cōtra
iplos aliquid cogitare sit necesse, si pu-
ritatē Religionis retinere uelimus. Dixi
tibi etiam persæpe, Ista Adiaphora scan-
dalum & schisma in Ecclesia paritura
esse. Triste quidem igitur hoc erit, sed
tamen longe tristius esset, si omnes una-
nimiter papatui uia in templū Christi
sterneremus, eiqꝫ fenestras aperiremus.

Me etiam hoc in istis ingentibus
miserijs consolatur, qꝫ nulla spe opum
aut honorum, nullo ullius hominis o-
dio, tantum studio tuendæ puritatis
Religionis Christianæ, quod coram
Deo testari possum, hosce labores sus-
cepi. Adhæc nihil innouo, nec innoua-
tum cupio, hunc statum, quem uos ipsi
constituistis, & tam diu defendistis,
quemqꝫ ego pium & ad ædificationem
Ecclesiae aptiss. esse iudico, conserua-
tum cupio. Velim non ita misere scan-
dalizari Ecclesiam, non confirmari &
de nobis triumphare impios, non pate-
fieri fenestras papatui, sed cum uos sū-
mos

mos
os ac
tari &
mife
tes. H

Dom
in ex
me n
conc
Adm
Sæpe
porro
te po
ab in
cora
ad A
rā to
Mon
salut
stor
conc
æqꝫ
mife
E
nis, &
iunc

mos doctores constantes esse, tum & alios ad constantiam cōfessionemq; hortari & animare, consolari & confirmare miseros Christianos, iā in cruce pendētes. Hoc n. esset uere pie seruire tempori.

Summa, protestor coram Christo Domino, eamq; protestationem mihi in extremo quoq; iudicio ualere uolo, me nihil prætermisisse, quod ad piam concordiam facere posse existimaui. Admonui & orauī te sapius priuatim. Sæpe assensus es, & pollicitus, te nihil porro acturam in istis cōciliationibus, te potius aliquo discessuram, nec tamē ab incepto destitisti. Quare monui te coram duobus fratribus per Epistolam ad Anhalinum, & deinceps etiam corā tota Ecclesia æditis scriptis, sed te. Moneo iam, ac per tuam & Ecclesiæ salutem, perq; gloriam Christi te obtestor, ut ab istis impijs Christi & Belial conciliationibus tandem desistas, tuæq; conscientiæ, ac saluti & aliorum miserorum hominum consulas.

Ego cupio cum omnibus Christianis, & præcipue tecum summam conjunctionem habere, sed in Christo, id est,

est, ita ut nostra coniunctio ad confir-
mandos, consolandos & ædificandos
pios, languefaciendos uero & destruendos
impios, tēdat. Et ut Antichristo re-
sistatur, non ei fenestræ fabricentur &
aperiantur.

Ah satis furiosi sunt ipsi Papistæ in
introducenda sua abominatione deso-
lationis in templum Domini. Nihil est
neceffe, te eis fenestras aperire, obstruito
eis potius omnes aditus, siquidē adhuc
nostrarum partium es.

Hæc tibi Doctissime Vir pro ingen-
ti dolore animi mei, ac perniciosarum
istarum actionum odio, aliquanto libe-
rius scripsi. Tu uero rerum ipsarum ue-
ritatem, minime indulgens affectibus,
perpendito. Nam profecto ego non sū
tuus inimicus, sed istarum fenestrarum
tantū, multo uero minus illa odi, quæ
tu erudite, pie & utiliter scripsisti. Lo-
cos communes tam nollem perire, quā
nollem meipsum misere perire. At-
q; utinam tibi iam liberet potius con-
stanter confitendo & Antichristum
condemnando tuis pulcherrimis scrip-
tis & actionibus confirmationem
& ue-

& ueluti sigillum quoddam apponere, quam sic in gratiam, nescio cuius uacillando, & miseris conscientias languescere, & cum tuis scriptis, tum & toti Euangelio fidem derogare.

Responde obsecro. Si quidem uere monueris me rectius aliter & Ecclesiae utilius agere posse, libenter profecto non solum tibi, summo uiro, sed etiam minimo puerulo, ut Augustinus inquit, parebo. Bene uale. Datae Magdeburgae Iunij. Anno 1549.

Epistola M. F. Illyrici ad D. Iacobum Milichium, Rectorem Scholae Vittenbergensis.

Magnifice domine Rector, uir doctissime, & compater dilectissime, appello te iam paulo liberius hisce meis literis, tum alijs rationibus fretus, tum quod sciam ὅτι και σὺ πᾶσι ἐπίσασαι μέλιχος εἶναι.

Primum autem gratulor tibi hanc rectoriam dignitatem, ac precor Deum, ut tum Ecclesiae, ad conseruationem puritatis in religione Christiana, tum & tibi,